Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 5. De Portis vrbis Romæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Visual Library

Nvm. 4. *Montes ſeptem.*

Palatinvs, de cuius origine magnæ lites.
Capitolinvs, antea Tarpeius: *le Capitole*: vbi templum Iouis, & Arx Tarpeia; à capite humano hîc inuento nomen habet.
Cælivs, & Querquetulanus à ſyluâ Querneâ: *S. Iean de Latran.*
Esqvilinvs, ab excubiis dictus: *de Saincte Marie aux Neges.*
Qvirinalis, *Monte Cauallo*, à duobus equis quos gigantes tenent opera Phidiæ & Praxitelis.
Viminalis, quibuſdam confuſus cum Eſquilino, ſic dictus à Ioue Viminco cuius hîc ſylua.
Aventinvs, olim & Romurius dictus, quia hîc vidit augurium Romulus: nunc *de Saincte Sabine.*

Extra vrbem.
- Ianicvlvs: nunc *Montorio.*
- Vaticanvs, ſic dictus quòd hîc poſitus populus Ro. *Vatum* reſponſo, pulſis Etruſcis, vt Feſtus; vel vt Gellius à Deo qui vagitibus præerat: hodie *le Vatican.*

Nvm. 2. *De Portis vrbis Romæ.*

CITRA TIBE-
- Porta Flvmentana, ſic dicta à vicino Tiberi, olim ſita prope *campum Floræ*, ſed Aureliano includente campum Martium tranſlata eſt, & exinde dicta Flaminia à viâ quæ ex hac portâ exiſtit: hodie *del popolo.*
- Collatina, ab vrbe Collatiâ Sabinorum nomen habet, mutata etiam ab Aureliano, & dicta Pinciana à nobili æde Pincianorum vicinâ.
- Agonensis, quia Agonia non procul celebrabantur, dicta & Qvirinalis à colle vicino, vel ab æde vicina Romuli, ac demum Salaria, quia per hanc ſal ad Sabinos deferebatur: hodie nomen retinet *Salaria*: per hanc Galli in vrbem irruperunt.
- Viminalis, à colle vbi ſylua viminum, & ara Iouis Vimini: hodie *S. Agnetis*, ab æde vicinâ.
- Gabina, ſeu Gabivsa, ab vrbe Gabiis, poſtea Tibvrtina, ab vrbe Tibure: hodie *S. Laurentij.*
- Esqvilina, ad quam ſumebatur de fontibus ſuppli-

RIM.

cium, & vulgi corpora amburebantur: hodie *Porta Maior*, quia magno ædificio ſubſtructa eſt.

Celimontana, à monte Celio, poſtea Asinaria; per hanc bis Gothi irrupere, ſub Alarico, & Totilâ: hodie *S. Ioannis*, qui ad hanc miſſus eſt in dolium.

Ferentina, poſtea Latina.

Capena, poſtea Appia, nunc *S. Sebaſtiani.*

Trigemina, quia egreſſi per hanc tres Horatij; poſtea Ostiensis ab vrbe: nunc *S. Pauli.*

VLTRA TIBERIM.

Navalis, à Nauibus vicinis, poſtea Portvensis ad portum Oſtiæ deducens.

Ianicvlensis, ad montem Ianiculum ſita: poſtea S. Pancratii, etiam tempore Procopij.

Fontinalis, à Fontibus; poſtea Septimiana, à Balneis vicinis Septimij Seueri.

Trivmphalis, inter Septimianam, & Aureliam, per quam Triumphantes vrbem ſubibant, & funus Auguſti deductum Senatu iubente; iam tempore Procopij nulla erat.

Avrelia, prope Hadriani Molem, *le Chaſteau S. Ange*, deſtructa ſub Leone IV. Pontif. quando mons Vaticanus, & ædes S. Petri muris Romæ incluſa ſunt.

Nvm. 6. *De viis ex Româ per Italiam vniuerſam ſparſis.*

Ex Portâ FLAMI-

FLAMINIA ſic dicta, vel à Flaminio qui ad Traſimenum cecidit, aut ab eius filio probabiliùs circa an. V. C. 533. ſtrata, & ab vrbe *Ariminum* deducta, Apennino etiam per T. Veſpaſianum, poſtea exciſo ad locum, qui nunc dicitur *Furlo* Furlum, hoc eſt *Saxũ foratum*, in longum ſupra pedes centum, in latum, & altum pedum 12. ſilice ex-

Æmilia *Arimino Bononiam*, & inde *Aquileiam*, viâ circa Paludes deductâ: itémque *Bononiâ* pertracta *Placentiam*. ex eâ

Posthvmiana, Tacito ex *Placentia*, per *Cremonam*, *Bedriacum*, *Mantuam*, & *Veronam.*

Cassia ex *Miluio ponte Mutinã.*

Clodia, vel *Claudia*, ex *ponte Miluio*, *Lucam.*